

bera... id est, benedictionum, nominatur, & de qua agitur in cap. 1. libri *pietre abas*. Capitula Patrum.

Cabala erat Judaeorum traditio ore tenus facta: nec licitum de ea scribere, immo prohibuit, ut legitur in libro eorum *Hagee*, id est, solemnitas: & de hac suspicari quaedam inter Latinos cepisse fertur Joannes Picus. Dehinc Paulus Israelitis initia tradidit: dehinc Augustinus Justinianus Episcopus Nebiensis aliqua in annotationibus in Psalterium retexit: latius Capinio quoque tribus libris de arte Caballistica egit: Egidius etiam Veterenciensis, & postea Galatinus, ut ipse scribit, lib. 1. contra Judaeos c. 6.

Causa autem cur tenerentur Hebraei magis Traditione, quam scriptura, videtur fuisse, quia usque ad tempora Eldrae Scripturae non erant redactae ad formam librorum, ut facile, & commode haberi possent: sed erant dispersae in variis annalibus, & chartis, & interdum ex negligentia Sacerdotum longo tempore non inveniuntur, ut patet 4. Reg. 22. ubi narratur tanquam novum quid, quod in diebus Josue fuerit inventum unum volumen legis Domini in templo. Eldras autem post captivitatem omnia collegit, & simul in unum corpus redegit, addens in Deuteronomio ultimum caput de vita Moysis, & quaedam alia hinc inde ad historiae continuationem. Vide Theodoretum in praefatione in Psalms, Bedam in c. 9. lib. 1. Esdrae, & Petrum Antonium Beuter annos 9. de sacra Scriptura.

CHRISTIANOS.

Porro à Christi adventu per annos multos fuit Ecclesia sine scripturis, ita ut adhuc suo tempore scribat Irenaeus lib. 3. c. 4. fuisse Gentes aliquas Christianas, quae solis traditionibus sine scriptura optime viverent.

Certe si Christo, & Apostolis fuisset propositum verbum Dei coarctandi, & restringendi ad Scripturam, in primis rem tanti momenti Christus praecipisset, & Apostoli alicubi testarentur, se ex Domini mandato scribere, quemadmodum ex Domini mandato toto orbe docuerunt: ad id nunquam legimus. Deinde ad praedicandum viva voce non expectantur, Apostoli oblatam occasionem, vel necessitatem, sed sponte sua, & ex proprio instituto perrexerunt: Ad scribendum vero non nisi necessitate quadam coacti animum applicuerunt.

C. MATTHEUM scribit Eusebius lib. 3. hist. cap. 24. vel c. 8. in alia editione, ea occasione scripsisse, quia cum praedicasset Hebraeis, & ad Gentes ire pararet, utile iudicavit, si iis, quos corpore deferrebat, aliquid memoriale doctrinae suae, & praedicationis relinqueret.

MARCUM refert idem Eusebius lib. 2. c. 15. nec sponte sua, nec à Petro (cujus discipulus erat) jussu, sed compulsu praecipui Romanorum scripsisse Evangelium.

LUCAM, testatur idem lib. 3. hist. c. 24. idem solum scripsisse, quia viderat multos alios temere praesumpisse, ea litteris mandare, quae non perfecte noverant, ut nimirum nos abstraheret ab incertis aliorum narrationibus.

JOANNEM, scribit idem ibidem, usque ad extremam senectutem sine ulla Scriptura Evangelium praedicasset, addit Hieronymum in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, tandem cum compulsu fuisse ab Antiochiae Episcopis, Evangelium scribere propter Ebionitarum haereseos, tum exorientem. Itaque nisi Ebionis haeresis extinxisset, Joannis Evangelium fortasse non haberemus, quemadmodum nec alia tria, nisi praedictae occasionibus oblati fuissent. Recte enim ibidem scribit Eusebius, solum duos ex Apostolis duodecim Evangelium scripsisse, & eos necessitate quadam ad hoc provocatos.

IN SPECIE.

Apud Judaeos.

Tempore Testamenti veteris, sine dubio non minus seminae quam viri, remedium aliquod, habebant, quo à peccato originali purgarentur, & tamen pro maculis instituta erat circumcisio secundum multorum opinionem, quid autem esset pro feminis, nusquam habet scriptura.

Eodem tempore non est ullo modo credibile, non fuisse remedium ullum pro mascululis morientibus ante octavam diem, quo solo poterant circumcidi, & tamen nihil extra de hac re in scriptura.

Deinde Gentiles multi salvari poterant, & salvabantur tempore Testamenti veteris, verèque ad Ecclesiam pertine-

bant, ut supra ostendimus, & tamen nihil profus de eorum justificatione à peccato originali, aliusque peccatis in Scriptura habetur.

APUD CHRISTIANOS.

Esse apud Christianos veras aliquas traditiones ita ex scripturis, Patribus, & experientia clarum est, ut non nisi, cum summa impudentia, & protervia possit negari. Christus enim Joann. 16. dicit: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Joan. ult. Sunt autem & alia multa, quae fecit Jesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitrator mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Constantigitur, multa Dominum fecisse, & dixisse, quae non sunt scripta. Nam istos libros, qui extant, una manus capere potest: Joannes autem dicit totum mundum non posse capere libros, qui scribendi essent. Et praeter ea illa, quae promittebat Dominus se dicturum Joann. 16. dixit haud dubie post resurrectionem suam, ut Lucas testatur ad Cor. 1. per dies quadraginta apparenstis, & loquens de regno Dei. At de gelitis, & verbis Domini post resurrectionem paucissima scripserunt Evangelista. Non autem est ullo modo credibile, Apostolos, qui illa viderant, & audierant, non tradidisse Ecclesiam, nec enim invidi, aut oblivisi erant, ut nolent, aut non possent dicere.

Quin extant dicta Christi nonnulla diversa ab iis, quae sunt in Evangelio. Tale est: Ecce homo, & opus coramfacie eius. Ignat. epist. ad Smyrnenes. Nazianzenus orat. de beatitudine. In quibus te reperiam, vel qualem te invenire in iis, aut talem te iudicabo. Justin. in Trypho. Et iterum: Oportet venire bona, beatus autem, per quem veniunt, similiter necesse est venire mala, va autem, per quem veniunt. Clem. 7. Regum. Rufum: Egoe boni usque, seu probati numerali. Clemens 2. Constit. cap. 40. Hieronymus epist. 152. Damasceus libro 2. cap. 18. Cassian. collat. 1. cap. Chrysostomus orat. cur Alia Apostolorum non legantur in Pentateuco.

Alia citant Hieronymus Dialog. 3. contra Pelagianum. Clemens Alexandrinus 4. Stromat. Origenes multis locis, aliisque. Sed ex Evangelio secundum Nazaeos, & alios apocryphis, hoc est, non facis, & canonicis libris. Cum tamen à tam multis, & probatis Patribus tam multa, utà Christo dicta agnoscantur, quae scripturis sanctis minime comprehenduntur, & praesertim cum de ista, quam Paulus recitavit, sententia non possit ambigi, certum esse debet, praeter verbum scripturam, etiam non scripti seu traditi, venerabiles, ac divini in Ecclesia auctoritate esse.

Confirmat hoc ipso ex loco Innocentius III. c. cum Martha, de celebrat. Misar. quodam Canone Misae verba, licet ab Evangelistis dicta non fuerint, à Christo Apostolos, & ab his eorum successores accepisse.

Item Apostolus Paulus ad Cor. 15. vers. 35. recitat hanc Christi sententiam, qui dixit: Beatus est dare, quam accipere, quae tamen nusquam legitur apud Evangelistas. Immo Augustinus in Psalms. 77. docet non raro quidpiam dictum, factumque Scripturam tradere, quod in ea tamen non invenitur, quam commemorat.

Illustrat Canonem hunc Martinus Cantipratanensis S. Vlpastii post. c. 1. aliquot exemplis, quibus satis sint ex nono Testamento, quando narratur, Joannes docuisse discipulos orare. Luc. 11. à Petro traditum Evangelium Circumcisionis, Paulo praepitum Galat. 2. 7. Christum apparuisse Jacobo, & plusquam quingentis fratribus. 1. Cor. 15. 6. 7.

Rursus Apostolus 1. Cor. 11. duas quaestiones tractat, unam de modo orandi in Ecclesia, alteram de modo sumendae Eucharistiae. Primam exordiat à traditione: Laudo, inquit, vos, quod per omnia me memores estis, & sicut tradidi vobis, praecipua mea tenetis. Ista enim praecipua, de modo orandi, sumendae Eucharistiae, nusquam scripta inveniuntur. Et aperte notat hoc loco Chrysostomus, & Theophylactus, Apostolum loqui de praecipuis non scriptis: nec non Epiphanius haer. 61. Alteram quaestionem exordit etiam à traditione: Ego enim accepi, inquit, à Domino, quod tradidi vobis, & concludit: Cetera, cum venero, disponam. Quid autem disposuerit, nunquam scriptum invenitur.

Idem Paulus 2. Thess. 2. ait. Itaque fratres, tenete traditiones, quas accepistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. In quem locum Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 29. Apostolicum, inquit, arbitror esse, etiam in non scriptis traditio

traditionibus perseverate. Laudo, inquit, vos, quod omnia mea meminitis, & quemadmodum tradidi vobis, traditione continetis. Et, Tenete traditiones quas accepistis sive per sermonem, sive per epistolam.

Chrysostomus in hunc locum: Hinc patet, inquit, quod non omnia per epistolas tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem verò hae digna sunt, tam illa quam ista.

Idem verò verbis utuntur Origenes, & Theophylactus. Quibus accedit Damasceus lib. 4. de fide, c. 17. Quod plurima, inquit, Apostoli tradiderint sine scripto, scribit Paulus. Ergo, fratres, itate, & tenete traditiones, quas edocti estis sive per sermonem, sive per epistolam.

Eodem modo exponit VIII. Synodus generalis, A. B. ult. can. 1. S. FABIANUS Papa, & Martyr in epist. 2. ad Episcopos Orientis, posteaquam docuerat singulis annis sacrum Christum renovandum esse, ita subiunxit: Ita à sanctis Apostolis, & eorum successoribus accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hae illae. Et cetera de Christumate renovando nihil in sacris litteris legitimus.

S. INNOCENTIUS I. epist. 1. ad Decentium c. 3. docet, Confirmationem etiam parvulis conferendam, & à solo Episcopo, & sub certa forma verborum, atque ad eos non scriptas ejusmodi Apostolicas traditiones esse testatur.

Sanctus Leo I. serm. de Quadragesima: Apostolica, inquit, institutio quadraginta dierum jejuniis impletur. Et sermone 2. de jejunio Pentecostes: Dubitandum non est, dilectissimi, omnem observantiam Christianam eruditionem esse divinam, & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem est devotionis receptum, de traditione Apostolica, & de S. Spiritu prodire doctrina. Vide eundem ser. 8. & 9. de jejunio 7. Mensis.

Jam verò Concilio antiquissimum, & celeberrimum Nicenum I. ex doctrina non scripta damnavit haereseos Arian, ut diserte testatur Theodoretus lib. 1. c. 8.

Eti enim quadam Scriptura poterant adferri contra Arian, tamen quia Arius etiam proferat Scripturas, ex doctrina, non scripta, sed tradita per manus Patrum sibi in Ecclesia succedentium, eum damnaverunt.

Nicenum II. A. B. c. 100. 4. Quod autem, inquit, cum multis aliis, quae in Ecclesia observantur sine Scriptura, nobis C. imaginum veneratio tradita sit, ab Apostolorum temporibus late per historiam creditum est. Et ad 7. a. sine, sic habet: Si quis traditionem Ecclesiae, sine scripto sive consuetudine valentem non curaverit, anathema sit.

Idem reperitur in Concilio VIII. generali, A. B. Et post ad. ult. can. 1. profiterentur Patres, se servaturos omnes traditiones non solum Apostolicas, sed etiam Ecclesiasticas. Ex quo mirum videri non debet Lutheranis, si tale aliquid etiam docuit Concilium Tridentinum, sess. 4. nihil enim novi statuit.

EGESIPPUS apud Euseb. lib. 4. hist. c. 8. Apostolicas traditiones quinque libris comprehendit, qui eisdem modo non extant, tamen satis indicat hoc testimonium, Apostolos non omnia scripsisse, quae docuerant.

POLYCARPUS apud Euseb. lib. 5. c. 20. referebat verba, quae dicta à Domino ab Apostolis ipse audierat, & de virtutibus ejus, ac doctrina.

IRENAEUS autem, ut ibidem habetur, quae Polycarpus tradebat, describebat non in charta, sed in corde suo. D Hic certum est agi de traditionibus non scriptis. Si enim de scriptis ageretur, nihil singulare diceretur de Polycarpo, vel Irenaeo, nam etiam ego discum referre dicta à Domino, quae in Apostolis legi, nec est opus, ut ea describam in charta.

Justinus in sine 2. Apologia pro Christianis, posteaquam exposuit multa de Christianis, & inter alia quaedam non scripta in divinis litteris, ut quod conveniant singulis Dominicis, & post lectionem Scripturarum, & concionum, offerat, & confertur panis, & vinum aqua temperatum, & quod non licet ullo modo participare de Eucharistia nisi post Baptisum, & alia: subiungit statim, Post die Saturni, qui dies Solis est, cum Apostolis discipulisque suis apparuisset, haec illis tradidit, quae vobis quoque consideranda permitimus, &c.

Clemens Alexandrinus in lib. de Paschate, apud Eusebium lib. 6. hist. cap. 11. dicit extorqueri sibi à fratribus, ut ea, quae à Presbyteris Apostolorum successoribus voce sibi sola tradita essent, deseriberet in libris, ac posteris traderet, nescio quid clarius pro traditionibus dici possit.

Origenis in c. 6. epist. ad Romanos: Ecclesiam, inquit, ab Apostolis traditionem accepit, etiam parvulis Baptisum dare. Et hom. 5. in Nimer. In Ecclesiasticis observationibus, inquit, sunt nonnulla, quae cum omnibus facere necesse est, eorum tamen ratio non omnibus patet. Et enumerat statim multas traditiones non scriptas.

S. Hieronymus in epistola ad Marcellam de erroribus Montani: Nos, inquit, unam Quadragesimam ex Apostolica traditione tempore nobis congruo jejunamus.

S. Augustinus epist. 118. Illa autem, quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri: sicut quod Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in caelum, & Adventus de caelo Spiritus sancti anniversaria solemnitate celebratur.

Et lib. 4. de Baptismo contra Donatistas ca. 24. Quod universa, inquit, tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.

S. Bernardus serm. 3. de Quadragesima: Haec, inquit, usque ad nonam jejunavimus soli; nunc (in Quadragesima) F usque ad vesperam nobiscum jejunabant pariter universi, Reges & Principes, nobiles & ignobiles, clerici & populus, simul in unum dives, & pauper.

Ante Bernardum Greg. hom. 16. in Evangelia Quadragesimae meminit, rationem reddens, cur quadraginta dies jejunemus. Et ante Gregorium Leo in sermonibus 12. de Quadragesima quem ante citavimus.

Ceteri Canones passim docent, consuetudinem Ecclesiae generalem, & speciales Ecclesiarum, quae non derogant juri divino, aut non repugnant rationi, esse servandas, & sequendas. Id ipsum alibi eodem jure Pontificio pluribus in locis tractatur, maxime titulus de consuetudine cap. 1. de constitutionibus in sex. lib. de quibus de legib. in 1.

Nicephorus lib. 12. historiae Ecclesiasticae cap. 34. Consuetudines, inquit, Ecclesiarum sunt servandae ab incolis: differentia namque morum, Ecclesiarum, & consuetudinum invaluerunt reverentia eorum, qui illis ab initio presuerunt, & qui illis deinceps successerunt. Nam hi tanquam leges acceptas per manus posteris tradiderunt, non satis piam neque ferendum arbitrii, si traditiones in quibus educati essent, non honorifice colerent, sed contemptu reicerent.

Refertur ex D. Augustino epist. 86. quod ipse adhuc Caetechumenus consulit D. Ambrosium, utrum secundum morem suae civitatis, mater ejus jejunare sabbatho, aut Mediolanensi more pranderet deberet, at ille: Quid postum, inquit, dicere hic amplius, quam facio? Quando hic sum, non jejunio sabbatho: quando Romae sum, jejunio: ad quamcumque Ecclesiam veneris, ejus morem servate, si pati scandalum non vultis, aut facere, custodia scilicet eorum inter quas vivimus inoffensa societate, & cavendo, ne tempestate contentionis serenitas charitatis obnubiletur. Adjungitur testimonium ejusdem ex ep. ad Januarium 118. relatam in cap. illa 12. dist.

Ratio autem ab eodem refertur lib. 3. confess. cap. 8. relatam à Gratiano in c. quae contra 8. dist. Quae contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt, ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum nulla civis aut peregrini libidine violetur.

Denique nulla est Scriptura divina, quae doceat, cujus impulsu, quando, & ubi dies Sabbathi Judaeorum immutatus sit in Dominicam, neque ex eadem doceri potest, quomodo confecerit Polygamia plurium uxorum inter Judaeos ante Christum.

Item eandem non esse ultra licitam Christianis, nulla Scriptura expressis verbis docet.

Nonne in Concil. I. Hierosolymitano, A. B. 15. decretum erat, abstinentiam à sanguine, & suffocato: at non constat de illius decreti moderatione, & tamen certum est, non amplius obtinere apud Christianos.

Symbolum in super, quod Apostolorum dicimus, ex traditione habemus ab Apostolis ad invicem descendentibus, tanquam testem aliquam concinnatum.

Credendum est, B. Virginem semper fuisse virginem, contra errorem Heluidii, ut semper tota Ecclesia credit, & tamen nullum de hac re est in Scriptura testimonium.

Credendum quoque in novo testamento Pascha esse celebran-

Secunda est, usus continuus. Pleraque enim traditiones sunt in continua observatione; ut ritus Sacramentorum administrandorum, dies festi, jejuniorum tempora, celebratio Missæ, & officiorum divinatorum, & alia generis ejusdem. Ut ergo conservantur linguæ vulgares, etiam si nullæ quandoque exte- ni Grammaticæ, propter continuum usum, ut lingua Hebræica, quæ conservata est vulgari in populo Dei ab Adam usque ad captivitatem Babylonis, per tot millia annorum, ita etiam sine ulla Scriptura usu conservari possent ejusmodi tradi- tiones.

Tertia causa. Sunt momenta quædam externa, quæ ad longissimum tempus durant, ut templa antiquissima, & in iis altaria, facti fontes, memoria Sanctorum, cruces, imagines libri Ecclesiastici, & similia.

Baleoli in Flandria anno Domini M. D. LXXI. narravit mihi, (inquit Cardinalis Bellarminus cap. 12. lib. 4. de verbo Dei non scripto;) Pastor ejus loci, quod cum Minister hæreticus persuasisset populo, altarium lapideorum erectionem esse novum inventum, & vix centum annorum, cœperunt cives altaria demoliri. Sed cum essent in opere, adverterunt litteras quasdam antiquissimas incisas esse in uno eorum altarium, in quibus notabatur annus, quo altare illud dedicatum fuerat. Ex illa autem notatione intellexerunt, altare illud fuisse erectum multo ante, & si fallor, aliquot centuriis annorum ante illud tempus, quod dixerat hæreticus altaria incœpisse. Ita lapideum monumentum hæreticum confundit, & traditionem Ecclesiasticam conservavit.

Quarta causa est hæresis, Deus enim mirabiliter utitur hostibus Ecclesiæ ad Ecclesiam conservandam, quia enim singulis statibus orti sunt novi hæretici, qui diversa dogmata Ecclesiæ oppugnant, ideo etiam singulis ætatibus excitata Ecclesiæ doctrina, qui ut hæretici resistunt, diligenter investigarunt doctrinam Ecclesiæ, & traditiones antiquas, & magna eas posteris cura commendaverunt. Quemadmodum qui diu pacifice possidet bona sua, facillè amittit instrumenta, & litteras, quibus continetur, ut illa bona ad eum pervenerint, & quo jure bona illa possidet. At qui semper litigat, diligentissime illa custodit, nec excidere illa ratione patitur.

SCRIPTORES.

C Scriptit de hoc argumento præclarè Cardinalis Hofius in 4. libro: adversus Prologomena Brentii.

Petrus à Soto in sua defensione adversus eundem Brentium part. 2. de cap. 50. usque ad 66. Melchior Canus lib. 3. de locis Theologicis. Martinus Peresius initio operis sui de Traditionibus. Jodocus Tiletanus in Apologia contra Kenotium pro Concilio Tridentino.

ALPHONSUS à Castro lib. 1. c. 9. sui operis contra hæreses: Episcopus Rossensis initio operis sui contra assercionem articulo- rum Lutheri. Doctores Colonienfes in examine Catechismi Monhemiani, in reprehensione sexti Decalogi, Petrus Canisius in suo Catechismo de præceptis Ecclesiæ. Gulielmus Lindanus libris quinque sue Panopliæ. Joannes à Lovanio in lib. de invocatione Sanctorum, cap. 23, 24. & 25. Felicianus Ninguarda in assertionem fidei catholice, Caspar Cardillus Vilapendaus in libello de Traditionibus.

Tragœdia. Tragici.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

D Tragœdiam Theophrastus definit ἡρωικὴ τὸν χαρακτὴρ ἡρωικῆς fortune narrationem lib. 1. art. Poet. c. 6. Rectius Scaliger lib. 3. de Poet. dicit, quod sit imitatio illustriæ fortunæ exitu infelici, oratione gravi, metrica. Nihilominus ferunt, Cræterem Thebanum Tragœdiam scripsisse soluta oratione, quod tamen non facillè imitandum Arist. in Poet. definit eandem, actionum scieram, & gravium imitationem, earum exitum sicuti oratione completentem: cuius quidem partes fingunt sicuti aptè exprimentur, omnes tamen eò tendant, ut metus, & misericordia in animis ingeneretur, ad hujusmodi morborum expiationem.

Hæc prius dicebat τραγῳδία, quod ut inquit Athenæus lib. 2. in Atticæ vindemiælibus inventa fit, nam τρῆξ vinum recens, sive mustum olim dicebatur. Hinc & Aristophanes in Acharnens. falsè Euripides tragœdiam τραγῳδίαν appellat, quasi parum sobrii auctoris fabulam. Melius tamen alii Tragœdiam dictam malunt quasi τραγῳδία ὄδω, ab aspero, & gravi sono, qualis est elephantorum barritus. Alii ab hitco,

qui τρῆξ Græcè deducunt: vel quod ille sit Baccho consecrata hostia: vel quod Tragœdia initio solas Bacchi laudes contineret: vel denique à præmio tragœdorum, quod hircum fuisse cenet Servius in Eclog. & Horatius in arte Poet. Carmine qui Tragico vile certavit ob hircum.

Nomen autem Tragœdia etiam antiquius comœdiæ fuisse accommodatum ex Aristophanis Scholiaste colligitur, quavis hoc inter hæc interficit, quod Comœdia res, & casus privatorum hominum describat: In Tragœdia introducuntur heroes, duces, reges. Item exilia, luctus, cædes: In illa verò amores, & ludicra. Denique exitum tristem Tragœdia, latiore comœdia fortitur. Differunt ergo eventus, & exitus, personarum quoque, negotiorum, & fortunarum qualitate: Denique actione, & exhibendi modo. De quibus eruditè dicitur Martin. Antonius Del-Rio de Soc. Jesu in Synagmate Tragœdiæ Latine.

QUOTUPLEX.

Ubi Genera varia.

E Scribit de generibus Tragœdiarum copiosè Myrturus lib. 3. ex quo pauca hæc eruit prænotandum Del-Rio supra cap. 1. lib. 1. Si attem species, inquit, Tragœdia alia vetus est, partim Dithyrambica (nam ex Dithyrambis fluxit Tragœdia, teste Aristotele) partim Satyrice, quæ nihil aliud fuit, quàm chori continuum carmen, admirandum aliquem eventum continens? accessit postea altera persona, quæ alternis responderet; mox tertia; denique scitatio excrevit, ut quinque actus expleverit: alia Recentior est, quæ sales cum Satyris rejicit. Dithyrambum verò, ut partem duntaxat operis, idque raro admittit. Jocosum etiam fuit illud, in quo pleræque quibusdam veris assumptis fingebantur, ut Agathonis Actos, & de qua Aristoteles de Poet. Ælianus Var. histor. lib. 14. Athenæus a Luciano, & alii.

Si loci ratione malis dividere; alia erit Latina, quæ & Prætextata, ut Octavia, & veterum Brutus, Decius, Paulus, Scipio, alia Græca, quales Seneca novem.

A genere argumenti duplex quoque Tragœdia: quædam Puræ, quæ sola nomen meretur: alia mixta, quæ salubris resperfa, vel prospero exitu clausa, in quo genere Acheus ex- celluit.

ARISTOTELES quatuor species prodidit, πρῶτον μίμνησιν, im- plicatam eventibus, & periculis, qualis est Oedipus, & ἀποκρύβειν, affectuosam, qualis Hippolitus; ἰσθμῶν, moribus for- mandis institutam, ut Sophocles Philocletus; denique Στραγῳδία, in qua ab humanis rebus aliena spectantur, & Deorum colloquia inseruntur, ut Prometheus vincens Æschyli, priora duo genera maxime tragica sunt.

Scaliger lib. 1. poetic. 18. Etiam Grammaticæ ejusdem me- minit; quæ inutilis est, & ad impuras pertinet.

PARTES TRAGOEDIÆ.

Partes Tragœdiæ, juxta Aristotelem, considerantur, vel penes molem, seu quantitatem, vel penes naturam, & qualita- tem, & ἀποκρίβειν, καὶ ἀποκρίβειν. Molis partes dividimus in actionem Scenicam, & Choricam. Scenicam histionem peragunt, & argumentum propositum exhibent, & constat actibus tantum quinque ex Horatii præcepto;

Næve minor, neu sit quinto productior actu. Actus Latini, δῶματι Græci, ob agentium imitationem ὅτι μιμούμενοι δῶματι, quod agentium, & negotiantium mores imitentur. Sunt autem quasi singula Tragœdiæ membra, quibus singulatio partes illius exhibentur. Hinc patet, unum- quenque actum partem aliquam fabulæ absolvere debere: ita tamen ut à præcedente subsequens, quodammodo trahatur, utque res non dissipata, sed aptè distributa videatur.

Partes Tragœdiæ κατὰ τὸν αἰῶνα secundum naturam, & qualita- tem. Aristoteles poetic. cap. 5. quinque commemorat, μῦθος, ὄψις, δῶματι, ἦθος, & ἠθος, μολοποιῶν fabulam mores, sententiam, elocutionem, actionem, modulationem, specie, ut vertit Myrturus, fabulam, mores, verba, sententias, fædationem, canticæ sive ut Scaliger lib. 1. cap. 10. fabulam, mores, sententiam, dictionem, apparatum, melodiam.

Plato in Minoe Tragœdiam antiquissimam fuisse docet. Arist. in poet. Peloponneso à Dorienfis inventam, & à Dithyrambis fluxisse, quibus initio solis constabat.

Vetuntamen quis Tragœdiæ primus auctor fuerit, non satis constat. Natal. in Mythol. metico, quem Glaucum nobis obtrudit

plerique; cum Horatio, & Donato Terentium, Thespium Atheniensem, qui scibus ora inungebat, vel etiam minio, & in plaustris actabat: minii meminisse Tibullus lib. 2. Eleg. 2.

Agricola & minio suffusus, Bacche, rubenti, Primum in experta ducit ab urbe choros.

Fecium mimere cæteri; Horatius.

Ignotum Tragica genus invenisse Camana Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis

Que canerent, agerentque peruicaci scibus ora.

Sidonius. Primum scibus Æschylum sequutus.

Thespim, cum ita è plaustris ædicularum in morem con- textis, quorum etiam apud Sidonium mentio est, fabulas recitantem Solon audisset, inhiuit, ne amplius tragœdiam exhiberet, quod mendacium inutile existimaret, auctoribus Aristotele, Plutarcho, & Laertio. Suidas tamen docet ab aliis Epigeni Sicyonio (hanc inventæ tragœdiæ laudem tribui à quo Thespim secundum, vel etiam sextum decimum statu- unt nonnulli, teste Myrturus 13. Thespis successores fuerunt Phrynichus, & Æschylus; & pleræque scenæ instrumen- ta excogitavit, ideo personæ, & pallæ honestæ repertor ab Horatio vocatur; sed ab iis inculte tradita, tandem Sopho- cles, & Euripides, expolita, & illustrata perferunt. De quo- rum laudibus luculenter scribit Fabius 11. orator. institutio. c. 1. Et Origenes contra Celsum.

SOCRATES, cum videt in imperio triginta tyrannorum multos summæ existimationis viros interfecti, & locupletis- simos quoque gravissimis supplicis per insidias circumven- tiri, dixisse fertur ad Anaximnem: nunquam te potui- ter, quod in vita nihil magnum, neque spectabile conse- cuti sumus: quemadmodum videmus in tragœdia describi monarchas, Atreos illos, & Thyestæ, & Agamemnones, & Ægypthos? Nam illi obruturati in tragœdiis taxantur, & mala ferula cœnasse obique produntur. Nemo vero poterat eo progressus est audacia, & impudentia, ut porcum macatum in Drama introducat. Ælian. lib. 2. de var. hist.

GORGIAS dicebat, Tragœdiam esse deceptionem, qua qui alterum deceperit, & qui deceptus esset, sapientior foret eo, qui non esset deceptus. Fallit quippe tragœdia, dum tractat rem scitam: sed adeo concinnè, ut verissima esse videantur. Justior autem videtur ille, qui fallendo hominibus prodest: & sapientior est, qui per fluctus confectus dicit, quid turpe, quid velle honestum. Plac. de audiendis poetis.

TRAGOEDIÆ APPARATUS, EXHIBITIO.

Apparatus Tragicus vel personarum est, vel loci: per- sonæ scenicæ, vel choricæ sunt; utraque pro salationis, & actionis diversitate. Scribunt Phrygiam Dithyrambis, Lidiam Mulicam comœdiæ, Doricam Tragœdiæ propriam fuisse, & auctore Plutarcho utramque speciem peculiare salationis generis habuisse. Unde non raro legimus Nioben, & Capanea saltatos.

Exhibenda Tragœdia duo fuerunt modi, Saltatorius, & ut ita vocem, Gradarius: hoc utebantur quando personæ suas partes viva voce agebant; illo, quando histrio, seu tragœdus res gestas solo corporis motu exprimebat, quo pacto Nero Hercu- lem Furentem agit, teste Suetonio in Nerone.

Saltatio tragica ἰμμῶνα & hujus saltationis species multas invenere Æschylus, & Telestes; qui hac in re excellit, ut & Bathillus, & Pythades (de quibus videndi Pollux. 1.4. Athen. 1.1. & Plut. 1.6. Sympos. c. 8. & ille incertum tempore Neronis (forte, Latinius) de quo ex Demetrio mira. Luciano in lib. πρῶτο ὑπερβολῶν. hic mos, altero retento, paulatimabit in defuetudinem.

De gradario itaque, seu ambulatorio loquimur, non de mu- to illo, & saltatorio. Personati agebant, hoc est, personis tecti, ut ex Aristotele, & Demosthene probè Lambinus. Primo tamen minio fœdati, postea cœrula faciem oblitæ egerunt, ut Suidas de Thespide scribit, & addit postmodum illum portula- cæ faciem obtinisse, denique personæ ex solo linco confecta- tum invenisse, quod & Diomedes videtur lib. 3. certius tamen personarum inventum Æschylo deberi. Interim schema, & vestis habitus, ornatusque, pro qualitate fortunæ, vel personæ agentis, ætate, moribusque varius erat.

Communia Tragis omnibus, sÿrma, seu ciclas oblonga, & humum vertens; item corthumus, seu ut Thomas Magister, L.B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

Pollux, & Ammonius vocant ἰσθηρὸν vel ἰσθηρὸν calcementi alioris extolledat: crediderim simile illi, quo Hispanienfes ἰσθηρὸν utuntur, vulgò chapines dicunt. Suedet hoc Juvenalis

Brevioraque videtur Virgine Pygmei, nullis adjuta colubinis.

Personæ cuique proprias vestes enumerant Scaliger l. 1. poet. & Myrturus. mutari à Polluce lib. 18. Onomast. cap. 19. quibus hoc tantum addiderim, notatum Lilio. Ulyssidem semper induci solitum palliatum, ob singularem fortè fa- pientiam, & alturiam; Achillem, & Neoptolemium, quod nunquam se Agamemnoni subjecerunt, neque ejus bello Trojana imperium agnovierint, diademata, sed sine sceptro gerentes.

THEATRI STRUCTURA, ET ORNAMENTA.

De his fuisse scribit Pollux. 1.4. cap. 10. Vitruvius 1.5. de archit. cap. 5. 6. 7. 8. Scaliger dicto l. 1. c. 21. Ex quibus constat. Primo Theatrum ex nudo cœpit erigebatur, de quo ita Castidorus: Theatri frons scena dicitur, ab umbra luci den- sissima, ubi à pastoribus inchoante tempore diverfis sonis car- mina canebantur. Ibi actus Muficus, & prudentissimi sacra- dicta flourunt.

Deinde artificiosum theatrum, & sumptuosum fieri cœpit, cujus partes præcipuè scena, scæla cum ordinibus sedilium. Scena triplex fuit, tragica, columnis, fastigijs, signis, reli- quisque notis palatinis magnificè apparta; comica, edificiorum privatorum specie, januis, fenestris, menianis aptè infrastructa; & satyrice arboribus, speluncis, montibus, & cætero decore agro- rum, topiario opere formatis.

Proprie verò loquendo scena vocatur interior tabulati pars, in qua latebant actores, prius quidem aulais tecti, posteriori- bus sarrapis (ut in Donati codicibus legitur) vel potius sÿraris, quæ Pesto vel inimici generis: hæc scena fuit aliquando aurea, ut Petreii, vel argentea, ut Antonii & Murenæ, aliquid marmorea, ut Scauri; aliquando lignea, eaque vel fastiliis, ut Curionis, vel ductilis, vel stabilis. Vide Plin. lib. 36. 1. Alex. Maxim. lib. 2. cap. 1.

Aliquando vero sumitur scena, pro quadam tabulati parte, quæ nonnunquam in proscenio excitabatur. Proscenium dicitur locus ante scenam porrectus, in quam Scenicij jacturi prodibant, supra scenam episcenium erigebatur, seu podium.

Ante Proscenium paulo demissior erat orchestra: in qua, ut plurimum thymele, sive pulpitum id est, five ara; & ut in scæna histionum, sic in orchestra chori partes paragebantur, teste Polluce, quam orchestra, & scenæ distinctionem potissimum Græcis in usu fuisse docet Vitruvius.

Quibusdam fabulis in orchestra latere hemicyclo extrue- bant, ad quem locum naufragi agebantur, vel in eo saltum ut- bes longinquæ effingebantur.

Dextra scenæ parte peregrini, & hospites egrediebantur; in sinistra, carcer erat; medium locum Regia obtinebat. Media parti duæ præterea portæ adjunctæ erant, quarum postibus ornatus gratia duæ machinæ affigebantur ab usu πτεροῦντι δι- στα, nos, versatiles, seu circumductiles appellamus, quibus re- pentè inexpectati nuntii, peregrini, exules, aut civis possibi- lissimo redeuntes exhibebantur. Ad lavam narrabantur, qua in urbe dicta, factave fuissent, aut futura viderentur; ad dex- tram, quæ foris. Lava enim porta Deos aquaticos emittebat. Eumenides, & cæteri dii inferi imis gradibus ἀναβαδύματι vocant) exiliebant, umbra & simulachra, ut Agrippina, & Thyestes Senecæ, scælis Choronis, quæ non erant machinæ, sed machinis similes, dii Juperi ex improvisa machina quadam ex loco editore, ut opinor, supra episcenium, demittebantur: ὀρε- λῶνας, nominabant.

Aliud instrumentum ὑπερβολῶν, quo in acrem personæ rapie- bant, ut à Borea Orithyia, ab Aurora Memnon, ab anguibus Medea.

Aliud pegmaticus generis fuit ἑρῶς seu ἰσθηρὸν, quæ sedes quæ- dam sublicis elata, itrata longariis, deputata, ut circumvoluta ostentaret ea, quæ secretò in ædibus parata fuissent, ut in The- ste Atrei patricidium; in Oedipo ejus excecatio.

Probatica erat machina scænarum: ὑπερβολῶν erat alia circumductilis, quæ summa excello post scenam loco jaculabatur; alia sub scæna tonitrua effingebat. Quæ βρο- τῶν nominabatur; cuiusmodi apud Festum Claudiana tonitrua. Fuere & alia τὰ πρῶτα, quæ sponte, ac minime impulsu agebantur. Fuere & ἡ ἀποσκῆνη, quæ unius nervi, X x 4 vel

vel filii conversione varios motus, & usus praebebant, de quibus Arist. in lib. de Mundo, Apulejus lib. de mundo, & Gellius 1. 14. Hæc inter secreta...

Publica verò, & extrema ornamenta scenæ fuerunt vela, peripetmata, & aulae, sive carbasina, sive byssina, sive stellata; abaci, picturæ, tabulæ, signa, fontes, per sedilia ducti ebur, argentum, aurum, sumptuosæ sparsiones; ut, forum, crocea aquæ, cocco tincti, scrobis aurea, & similia luxus immodici.

Videatur locus de Theatro.

QUI EXCOLUERINT. TRAGICI.

Ex innumera Tragediarum Græcarum multitudine vix XXXIII. supersse percipimus. Veteris verò Tragediæ Græcæ Scriptores pauci nobis cogniti supersunt: distinguit eos à novæ Tragediæ auctoribus Del-Rio supra lib. 1. cap. ult. Prolegom. Nos hic ex lubricatione Theodori Zuingeri hos cum illis confundimus, & simul in medium adducimus: Si quis B particularis desideraverit ea, quæ ad illos pertinent, adeat memoratum Del-Rio.

EPIGENES Sicyonius tragicus cum tragediam Bacchi scripsisset, quæ Deo indigna videbatur, quidam è spectatoribus acclamavit, id est propter Divinum. Ea vox postea in proverbium abiit. Vide Erasmi Adagia. Hunc Suidas Tragediæ facit inventorem.

THESPIUS ex Icaro urbe, vel certè Atheniensis, Icarii F. secundus ab Epigene, tragedias scripsit, ad quas agendas plausior circa Græciæ civitates vehebatur, quas canentes, agerentes percircum facibus ora. Horatius ipsos histriones in plautis circumvehi solitos scripsit. Ab hac face, quam τρισμα Græci vocant, quidam tragediam, quasi τρισμασπιον appellari voluerunt. Suidas Thespium primum faciem cersusa oblitum tragedias aditasse, dein personatæ herbæ foliis obtexitis, tum demum, & Solon: qui cum ejus fabulam spectasset, ad se accessit iussit, illique ait: Num ipsum puderet coram tot testibus mentiri? Thespide respondente, Per jocum licere: tum Solon terram baculo pulsans, dixit. Id scilicet propedem videbitur in nostris legibus, an jocus iste tuus laudem mereatur. Suidas.

PHRYNICUS Atheniensis, Polyphadmonis, aut Myniræ F. Thespidis discipulus, tragicus, Olymp. 67. primus muliebrem personam in scenam introduxit, fuitque tetrametri inventor, Mille drachmis ab Atheniensibus multatus est, quod fabulam fecisset Miletum à Dario captam, & in theatro omnibus spectatoribus lacrymas excussisset. Novem tragedias scripsit Filium habuit Polyphadmonem tragicum. Suidas.

ALCÆUS Atheniensis tragicus, scripsit fabulas Cœlum, & Pollucem. Diversus à comico Mytilenæ, & Lyrico alio. Hunc primum aliqui tragicum fuisse perhibent. Suidas.

HOMERUS, Andromachi, & Myronis Byzantii filius grammaticus, & tragedus. Quapropter septem illis annumeratus est, qui secundas partes inter tragicos obtinent, & Plejades cognomentum habuerunt. Floruit Olympiade vigesima quarta, scripsit tragedias 45. Suidas.

SOSTICLES Syracusanus tragicus, edidit fabulas 73. vicit septem. Unus ex septem tragicis, qui nominati sunt Plejades. De quibus D vide Titulo iudicii poetici. Fuit sub extrema tempore Philippi, aut (ut alii tradunt) Alexandri Macedoni. Obiit Olympiade 111. alii 114. Suidas.

ÆSCHYLUS Atheniensis tragicus, Euphronis filius, & Cynegiri (quin Marathone contra Persas acerrimè pugnavit) frater Personam, & pallam invenit, & artem tragicam nimis confusam, & crudelem mitigavit, & in ordinem redegit: choros in unum contraxit, abstulit crebras histrionum responsiones: necesse insuper in scenâ fieri vetuit, ne coram populo homines trucidarentur: addidit habitus heroicis item pulpita, quo è sublimi recitantes facilius viderentur, & audirentur. Ea propter Æschylum tragediæ parentem appellarunt Athenienses, & mortuum in Dionysii invocabant. A Baccho per somnium iustus est tragedias scribere, cum adhuc adolefcent in agro uvas custodiret. In Macedoniam ad Archelaum regem profugit, propter uxoris impudicitiam: ubi à rege benigne susceptus, à canibus tandem in certa causa laceratus est. 83. Olymp. annos natus 75. & ossa Pellam translata. Athenienses ejus cineres à Macedonibus frustra petierunt: cenotaphium tamen ei in foro extruxerunt. Sophocles ejus morte audita, atrata tunica induit se, sine corona

quidam in scenâ patefecisset, ut inquit Eusebius, ad Hieronem tyrannum in Siciliam migravit: ubi cum in agro nudus capite sederet, aquila superne volans testudinem matrinam in caput ejus calvum demisit, factum esse arbitrata, cumque interfecit, cum annos 88. natus esset, quoque in mare fluxum. Scripsit fabulas 90. & deus 28. vicit. Lycurgus Atheniensium orator statum illi aneam posuit, & alteram Sophocli, amborumque tragedias publicè custodiri mandavit. Suidas.

PHILOCLÆUS Polyptithis F. Æschyli ex fratre, vel forore nepos Euripidis tempore fuit, tragicus: moribus adeo asper, ut vulgò χαλκός appellaretur. Fabulas centum composuit. Eundem, & ἀδελφόν vocabat ἀδελφόν enim πικρῶς, id est, amaricem vocant, teste Suida. Duos habuit filios, Norisium, & Philippidem.

MORSIMUS patri stylo, & moribus æqualis, asper, & infusus, & oculus infusus medicus. Taxat eum Aristophanes variis epithetis, ut helluonem, & scedum hominem.

ASTYDAMAS filius Morsimi tragicus, docuit fabulas 140. & quindecies vicit. Primum tamen Ilocratem in eloquentia secutus est. Filium habuit ejusdem nominis tragicum. F Suidas.

PRATINUS Pythyonæ, sive Encomii F. Philiasius, tragicus, primus Satyras docuit. Certavit cum Æschylo, & Chærillo 70. Olymp. Fabulas innumerabiles scripsit, inter quas Satyras 32. una vicit. Cum fortè fabulas populo Athenis exhiberet, contigit ut tabulata cadere, in quibus spectatores sedebant. Unde postea factum, ut stabile theatrum Athenienses construerent. Suidas.

JON Chius, tragicus, & lyricus. Olymp. 20. scribere cepit fabulas 12. vel 30. vel 40. Item & Dithyrambos, & Methæora. Hic est de cuius nomine Plato Dialogum inscripsit.

LYCOPHRON Chalcidensis ex Eubœa, Socii, vel Ariclis F. grammaticus, & tragicus poeta. Scripsit jambo Caslandram poema obscurissimum, & fabulas multas alias. Item Satyras. Sagitta perit. Suidas.

CHORILLUS, Atheniensis tragicus, sexagesima quarta Olympiade in certamen descendit, & fabulas edidit centum, & quinquaginta. Vicit tredecim. Hic secundum quosdam larvas, & scenam inchoavit. Suidas.

Sophocles Sophili filius, ex Colonia, vel Coloneo, Socrate decem, & septem annis senior, natus 73. Olymp. cum eo tamen floruit. Propter suavitatem sermonis μέλιμα dictus. Tres histriones primus instituit, & fabularum chorum ex 15. personis consecit, cum antea ex 12. constaret. Versatus est etiam in Republica administratione. Cum Pericle contra Lacedæmonios missus, victor rediit. Filios Sophocles habuit plures, inter eos & Iophonem, à quo senex delirius accusatus est: qui & ipse tragicus fuit, ut pater accusatus, Oedipum Coloneum tragediam, quam in manibus habebat, iudicibus recitavit, & absolutus est. Fabulas 123. docuit, & quater vices victor exiit. Obiit, vel ex gaudio nunciata victoria, vel grano uvæ strangulatus, anno nonagesimo quinto ætatis, cum Lacedæmones urbem Atheniensium obsiderent: Lyfandro regi Bacchus in somnis apparuit, monuitque, ut pateretur humari delicias suas. Pacem ergo funeri dedit Lyfander. Suidas.

EURIPIDES ab Aristotele περιπατικῶς dictus, eo die natus in Salaminæ Aticæ, 70. Olympiade, quo in Euripo pugnam est contra Xerxem, nomen accepit: patre Mnarchide capuone, matre Clito agrestia olera vendente. Pater ejus Bœochius, in patria corbis ignominiam passus, cum es alienum non distulveret, Athenas venit: & cum ex oraculo filium victorem in certaminibus fore cognovisset, interpretatus, athleticam esse debere, gymnasticam exercere coegit, ita ut & pancratio victor exiit. Sed his exercitiis relictis Anaxagore Clazomenio operam dare cepit, in physicis, in rethoricis Prodicum, Socrati in ethicis. Cum Platone postea in Ægyptum navigans, cum ægrotaet, marina aqua à sacerdotibus pristina valetudinis restitutus est. Hinc ipse in fabulis ἀδελφόν, & ἄδελφόν τῆς ἀδελφῆς vocat. Anno ætatis 18. Tragediam scribere cepit. Philochorus in insula Salaminæ speculam horridam offendit (eamque Gellius lib. 15. cap. 20. se vidisse asserit) in qua fabulas suas scripsit. In Macedoniam ad Archelaum regem profugit, propter uxoris impudicitiam: ubi à rege benigne susceptus, à canibus tandem in certa causa laceratus est. 83. Olymp. annos natus 75. & ossa Pellam translata. Athenienses ejus cineres à Macedonibus frustra petierunt: cenotaphium tamen ei in foro extruxerunt. Sophocles ejus morte audita, atrata tunica induit se, sine corona

corona tragedias suas agit voluit. Fabulas scripsit 92. inter quas 8. Satyras, in his quindecies tantum vicit, iudicium invidia. Primus fabularum principis argumenta inseruit. Suidas. quinquies tantum vicisse asserit: vivum quater, mortuum semel, a chore fratris filio Euripide.

ARISTARCHUS Tegeatus, tragicus, cum ex morbo quodam Æsculapio recreatus, gratiam pro sanitate referre juberetur, tragediam sibi cognominem edidit. Æqualis fuit Euripidis: & primum ad eam, quæ nunc est, prolixitatem tragedias extendit. Tragedias edidit septuaginta, vicit duas. Vixit ultra centum annos. Suidas.

ACHÆUS, Syracusanus tragicus, scripsit tragedias 10. Alius Pythodori filius, Eretriensis, natus 74. Olympiades, fabulas edidit 44. vicit unam, paulo junior Sophocle. Suidas.

CHEREPHON tragicus, cum Pythiam de Socrate amico confideret, responsum tulit: Ἄδελφόν ἀδελφῶν Σωκράτους σοφιστῶν.

Inter fabulas ejus, Heraclida reponuntur. Hic propter notissimas lubricationes, Nyctæris, id est, noctua, appellatus est: item propter pallorem, πικρῶς, id est, Buxeus. Unde proverbium in pallidos, ἰδίον δολοῦς χαρῆς πικρῶτος φῶτος, & Aristophanes ἰδίον δολοῦς ἠπικρῶταδῶν.

CARCINUS Agrigentinus tragicus, cum fabulam meditaretur, à serpente mortuo occubuit.

Plato juvenis admodum, dithyrambos, deinde mele, mox etiam lyricos versus scripsit, maturior quoque tragedias. Quas cum in Dionysii theatro recitatus esset, in Socratem incidit, & ejus syrene delinquit, philosophiæ operam dare cepit, poemata igni tradidit, inquit: ἥρως τῆς πῆρας ἄδῃ, Πλάτωνος τῆς σὺν ἡρακλεῖ, Huc, ὁ Vulpicæ, Plato sua ore indiget.

NICOMACHUS Atheniensis, Euripidem, & Theognim, incertum qua fortuna, fabulis vicit.

ANTIPHON Atheniensis Sophili filius, Thucydides Magister ἠπικρῶτος poeta, Dionysium tyrannum in tragediis componendis quoque juit. Commentus est idem artem ad animi mœorem levandum, qua veluti Medicus agris animi subveniret. Atque ideo cum Corinthi versaretur prope forum domicilium habuit: scripto professus, se agris animis curacionem adhibere. Mœoris causam diligenter percontabat, dein congrua oratione consolationem asserbat. Hoc neminem unquam capitis causam melius oravisse, Thucydides asserit, qui ei causa se astitisse scribit. Cum ad supplicium reparetur, & socios mortuos capita velasse videret per portam exeuntes: Quid ita, inquit: ante horum quispian eras vos videat, timetis?

THEOPHACTES Phalites ex Lycia, tragicus (qui prius arti oratoris operam dedit) in dedicationibus Mausolei, quod Artemisia Olympiade 103. construxit, cum Naucræte Erythraeo, & Ilocrate Apolloniæ, & Theopompo Chio certavit, atque victoriam affectus est: tamen alii Theopompum victorem asserant. Suidas. Scripsit & tragediam Mausolum, quæ valde placuit. Hic, cum in quapiam tragedia facta quædam prodeire voluisset Hebræorum, luminibus capus est: & vix tandem multorum diurnam supplicatione, & precibus, Deum optatum maximum placare potuit: ut Aristeus, Joseph. lib. 12. Ant. & Euseb. testantur. Tragedias scripsit quinquaginta: item artem Rhetoricam carmine. Discipulus fuit Platonis, Ilocratæ, & Aristoteliæ, & Alexandri magni condiscipulus, qui cum in Lyciam contra Persas iturus venisset, Theodectis statum in foro positam coronavit, eique parentavit. Memoria ita excellit, ut semel auditos multos versus protinus repeteret, teste Fabio. Obiit Athenis, annos natus 41.

ISOCRATES Theodectis Magister præter orationem numerosam, cujus ipse vel auctor, vel certè excultor fuit, 37. tragedias docuit: quas vix integras discipuli Theopompi Chius, & Ephorus Cumeus, ut tibiarum artificis, vel tibicinis (fuerat enim pater Ilocratæ Theodoros tibicen) calumniari fuerint soliti.

Eubulides Mileficus Megaricus, Philosophus, & dialecticus insignis, tragedias multas scripsit, quibus in certaminibus excellit. In dialectica etiam longè plura edidit, quàm in poetica, & in primis, quæ Sorites, & Ceratina vocantur.

NEOPHRON Sicyonius tragicus, 120. fabulas docuit. Medea, quæ Euripidi tribuitur, hujus fuisse creditur. Primus Pædagogos introduxit, & domesticorum, ac familiarium experimentum. Floruit Alexandri Magni tempore, & cum Cal-

listhene Philosopho, & amico, supplicio affectus est propter conspirationem. Suidas.

ALEXANDER Ætolus tragicus, unus ex Plejadibus. Scripsit etiam elegias, & Ionica poemata. Ex ejus libro, qui Mula inscribitur, quædam Virgilium desumpisse testatur. Macrob.

ÆSCHINES Atheniensis, Atrometi literarum Magistri, & Glaucothæ filius, adolefens tragedias acitavit, cum vocis claritate polleret: & cum Aristodemo in Dionysii certavit. Demum se Oratoria, & Republica tradidit, Ilocratæ, & Platonis disciplina se committens. Quamvis alii, cum in iudiciis fortè scribere officio fungeretur, nullo docente, cum in tantam eloquentia existimationem venisse asserant. Cum Demosthene postea simulatas exercuit in Republica: & tandem, cum Ctesiphontem propter repugnantiam accusasset, victus, Athenis fugiens, Rhodum fecerit: ubi dicendi genus Rhodium (quom nam sophisticam vocat Philostratus) instituit. Mortuus in Samo.

CRATES Thebanus, Cynicus, tragedias quoque scripsit altissimo philosophiæ stylo: quale illud est de Hercule, Teste Lærtio lib. 6.

PHILISCUS Corcyraus, Diogenis Cynici discipulus, Bacchi Sacerdos, Ptolemæi Philadelphii temporibus inter Plejades connumeratus: Docuit fabulas quadraginta duas, quas aliqui Diogeni tribuunt præceptori. Ab hoc carmen Philiscion: quo tamen multo antè usus fuit Simias Rhodius.

SOSTHEUS Syracusanus, alius Atheniensis, & unus ex Plejadibus, tragicus, cum aliquando in theatro Cleanthem Stoicum carmine perstrinxisset, à spectatore sua scena explosus est. Floruit Olymp. 164.

ISAGORAS tragicus, discipulus Chrestii Byzantii summi philosophi: fabulas scripsit, & soluta oratione, multa. Floruit Antonini Imp. tempore.

POSDIPPUS Caslandraus, tertio anno à Menandri obitu triginta fabulas edidit, & in pretio summo habitus est.

ARISTON CHIUS tragicus, dum cogitabundus per Sylvam incedit, folia arboris manu percussit. Decidit serpens, qui eum lethali vulnere in dextra fauciat. M. PACUVIUS Brundisius, Ennii ex forore nepos, qui Romæ quamdã vixit, picturam exercuit. Senex, & æger Tarentum migrans, nonagenarius obiit, Olymp. 157. Amicus, & hospes C. Lælii apud Cicéronem.

L. ACTIUS, Serrano, & Mancino Coss. libertinis parentibus natus, sene jam Pacuvio floruit. Pacuvii, cum in Asiâ proficiscerentur, Tarenti hospitio usus, apud Atreum tragediam composuit, & Pacuvio recitavit. Grandia ille, & sonora, sed duriora paulullis, & acerbiora esse, quæ scripsisset, asseruit. Actius respondit: Neque ejus me pœnitent, nam quod in pomis est, ut quæ dura, & acerba nascuntur, post fiant mitia: quæ vero mollia, & vieta, statim putrescunt: idem & ingenis accidit. Decio Bruto ita charus, ut ejus verbis temporum, & monumentorum frontes actius exornavit, teste Cicero. Quod si verum est, alium hunc Actium fuisse oportet: neque enim temporis ratio patitur. Diversus ergo est Actius à prioribus illo, quæ etiam C. Julio Cæsari in Poetarum Collegium venienti, nunquam alluxerit, quod in comparatione communium studiorum, majorem se eo in loco esse consideret. Scripsit autem L. Actius præter fabulas, etiam Annales, eique plus virium, H quàm Pacuvio tribuitur.

L. POMPONIUS Bononiensis Attellanarum scriptor egregius, Olympiade 172. Fuit alius P. Pomponius II. Veronensis, Plinii gentilis, & conterraneus, tragicus Poeta, Cajo, & Claudio imperantibus: cujus vitam Plinius II. duobus voluminibus executus est. Consularis etiam fuit Romæ, & cum in Germania superiore Cartos devicisset, triumphum meruit. Hic nunquam rufasse dicitur. Si quopiam fortè in tragediis reprehenderetur: Ad populum provoco, inquit: ex populi, vel silentio, vel applausu, aut amici, aut suam sententiam sequebatur.

PUPIUS tragicus, quopius volebat, populum ad lacrymas provocabat. Extrat illud ejus de seipso. Flebant amici, ego bonè noti mortem meam. Nam populus omnis me vivo lacrymans est.

VIARIUS Epicus, Virgilio antiquior, inter cætera de morte scripsit. Eum etiam Virgilium imitatus est. Quidam hunc eundem

cundem existimant, qui scripsit Tragœdias, & Elegias, & Heroica. Celebratur ejus fabula Thyestes, quam omnes summis laudibus extollunt, & cum Græcis certe posse asserunt: & à Virgilio scriptam, uxori Varii, admodum literata, dono datam, quam deinde uxor marito dederit, ille pro sua recitavit: illudque tacite innuere Virgilius, quando inquit: Quem mea carminibus meruisset sibilula caprum.

ASINUS POLLIO, Olymp. 195. orator, & consularis, quide Dalmatis triumphavit, & 80. anno obiit, apud Augustum in summa auctoritate, Ciceronis æmulus, leporum, & facetiarum pater, & omnium horarum homo dictus est. Primus Romæ Bibliothecam aperuit: primus quoque Græcam historiam Latine composuit. Tragœdias & ipse scripsit. Hujus filius C. Asinius Gallus Ciceronis manes infestatus est, & ei patrem prætulit. Ciceronem tamen postea Claudius Cæsar defendit. A Tiberio diris affectus est supplicii, Olymp. 199. an. ante T. Livii mortem.

CASSIUS SEVERUS Parmensis, M. Antonii partes secutus, fracto Antonio apud Actium, Athenas se contulit. Ubi concubina nocte curis confectus, ad se hominem horridi aspectus venire existimavit: qui interrogatus, quis esset, Cacoëdæmonia se esse respondit. Nec multo post à Quintilio Varo ab Augusto missio in ipsius studiis interfectus est. Thyestes ejus celebratur. Diversus est ab ipso Cassius Severus orator, & poeta: in reprehendendo, & accusando vehementer, sed infelix.

C. MECENAS eques Romanus ab antiquo Hetruscorum regum sanguine, Augusti Cæsaris intimus amicus, ita ut Augustum ab ira sæpè ad mansuetudinem flexerit. Terentium Mutinæ ejus, qui in Augustum conjuravit, fororem fervide amavit, quam alii Terentianam, & Terentillam vocant: alii uxorem eam habuisse ajunt, & propter ejus repudiium triennio integro non dormivisse. Amavit & Bathyllum Histriocem. Moribus effeminatus fuit, & mollis, ita ut Malchinus, seu Malchinus cognominaretur. Seneca ejus molliem in epistola ad Lucillum exprimit. Primum oratoriam operam dedit, deinde poetica. Scripsit Tragœdias, & multa alia poemata. Prometheus fabulam Seneca, Priscianus Octavium citat. Circumfertur ejus versus: Nec ramulum curo, sepelitis natura reliquos.

Febre obiit, qua per totam ætatem laborasse dicitur. Hic exquisitas dapes excogitavit, & afinarum pullos primus condidit. Mollis stylo fuit, summus aliqui eruditorum patronus.

ANNÆUS SENECA Hispanus, prioris Senecæ Philosophi frater, vel filius tragicus. Octo ejus Tragœdia etiamnum circumferuntur, quæ tamen à Criticis in ordinem rediguntur. Tanta olim auctoritate, ut quo quisque plures versus ex eis recitare posset, eo doctior esset. Fabius propter odium fortasse gentis Senecarum, sua censura dignas non esse putavit: vel forte, quia adhuc Seneca vivebat.

Julius Maternus, tragicus celebris fuit.

M. ÆMILIUS SCABRUS cum Atræum Tragœdiam docuisset, in qua adhortabatur quempiam, ut regis insaniam æquo ferret animo: id in se dictum Tiberius ratus: Me tu quidem Atræum, inquit, ego te Ajaxem. Itaque metu sibi ipsi manus intulit.

GREGORIUS Nazianzenus Episcopus, Theologus cognomine dictus, ea auctoritate inter suos, qua olim Pythagoras. Triginta millia versuum scripsisse dicitur. Extat Tragœdia ejus de Christi morte, doctissima.

TRANSFUGA. DEFECTORES, DESERTORES.

QUI, VERBI CAUSA REGES.

Cum Sedecias Judææ rex, Nabuchodonosori Babylonem jurejurando interposito se fidelem futurum affirmasset, & postea tamen, frustra dissuadente Propheta Jeremia, ab eodem defecisset captus, & excæcatus, cum omni populo Babylonem abductus est. 3. Esdræ, cap. 1. Ut Ungaris Pannonias occupantibus, propulsandis par esset Zundebaldus Sclavorum Moravensium rex, Amulphus Imperator ei aduicatum Boemorum, qui hæctenus à Principe ejus gentis dimicaturus fuerat, concessit. Verum ille immemor beneficii, fretus suis viribus, tributa Imperatori reddere denegavit, & jugum ejus excutere parat. Arnulphus re cognita copias contra eum duxit: & gentem Ungarorum, fractis militumibus, quas Clausas vocant, in auxilium vocavit, atque ita Zundeboldum Moravorum regem domuit. Luitp. lib. 1. cap. 3. Sigeberti, anno DCCCXXIII.

TRANSFUGA. DEFECTORES, DESERTORES.

QUI, VERBI CAUSA REGES.

Cum Sedecias Judææ rex, Nabuchodonosori Babylonem jurejurando interposito se fidelem futurum affirmasset, & postea tamen, frustra dissuadente Propheta Jeremia, ab eodem defecisset captus, & excæcatus, cum omni populo Babylonem abductus est. 3. Esdræ, cap. 1. Ut Ungaris Pannonias occupantibus, propulsandis par esset Zundebaldus Sclavorum Moravensium rex, Amulphus Imperator ei aduicatum Boemorum, qui hæctenus à Principe ejus gentis dimicaturus fuerat, concessit. Verum ille immemor beneficii, fretus suis viribus, tributa Imperatori reddere denegavit, & jugum ejus excutere parat. Arnulphus re cognita copias contra eum duxit: & gentem Ungarorum, fractis militumibus, quas Clausas vocant, in auxilium vocavit, atque ita Zundeboldum Moravorum regem domuit. Luitp. lib. 1. cap. 3. Sigeberti, anno DCCCXXIII.

DUDICIUS Tryphonis rex gesæte, vitæque omnis proditorie, atque perfidia infamis fuit. Nam cum is Demetrii Syriæ regis copiarum dux esset, ab eo, cum adversus Parthos bellum gereret, rebellavit: Antiocho, qui Deus cognominabatur, se conjunxit; cumque Syriæ regem constituit. Non multo autem post: cum Demetrius à Parthis occisus diceretur, idem manu sua Antiochum interemit. Fulgof. lib. 9. cap. 6.

EURYBATVS missus à Cræso cum multa pecuniarum vi, ut contraheret exercitum, ad Cyrum Croli hostem defecit.

L. DOMITIUS Pompejanorum partium, ter victus in potestatem Cæsaris venit toties dimissus: contra jusjurandum tamen præstitum adventu suo Massiliensium potestati confirmavit, se repente destituit, & postremo in acie Pharfala occubuit. Volat. lib. 15. Antrop.

PESCENNIUS Niger in Syria, Severus in Illyrico, & Pannonia, cum suis exercitiis à Juliano defecere, hic in Pannonia, ille in Oriente declaratus Imper. Cyprian.

ANDRONICUS ANGELOS (cujus filii Isaacus, & Alexius post ad Imperii fastigium ascenderunt) post acceptam ab Characem ab Andronico Comneni imperio inhiantibus militibus cladem, cum flatim Constantinopolim venisset, repetita est ab eo pecunia, quam ad bellum administrandum acceperat. Videns igitur calum cum sic accepit, quasi ex amicitia Andronici rem de industria pejus gessisset, à sex filiis impulsus, qui omnes cordati, & manu strenui essent, domum suam in exteriorio Cionio firmare præsidio instituit, aliquot ex plebe adiutoribus adscitis. Sed cum adversariis resistere non posset, mutato consilio sex filiis, & uxore in navim impositis, ad Andronicum abiit. Quo eo viso dixisse fertur: Ecce mittam Angelum meum ante faciem tuam, qui viam tibi præparet. Niceo. de Imper. Alex. Porphy.

BALDUINUS IV. Hierosolymorum rex, cum morbo deterente uxorem ducere nolisset, fororem suam Sibyllam Guilielmo Montisferrati Marchioni, cognomine Longaspata, uxorem dedit: quæ primo anno filium peperit, nomine Balduinum, anno MCCCXCI. Guilielmo Hierosolymæ defuncto, Balduinus rex nepoti consulari, Sibyllæ alium virum dedit Guodonem de Lusignano, Pictavorum gente oriundum: ea lege adjuncta, ut se mortuo, Guido pro nepote Balduino, quoad puerilitatem supergrederetur, regnum gubernandum acciperet. Guido Hierosolymitani regni administratione suscepta, cum nimis superbe ageret, à Balduino rege dejectus est: à quo, & Balduinus pater rex unctus, Bertrando Comite Tripolitano tutore designatus, & administratori regni constituto, Balduino mortuo, non potuit Tripolitano Comes, tutor, quinti Balduini curam suscipere, Sibylla pueri matre, & Guidone prohibentibus. Balduinus puer ad octavum postea mensis defunctus est, cujus mortem genitrici tantum occultavit, donec largitionibus, ac blanditiis Patriarchæ, & proceribus in suas partes adductis, Guodonem creati regem obtinuit. Tulit eam injuriam graviter Raymundus Comes Tripolitanus, atque in ultionem regis inducias cum Saladino fecit.

TRANSFUGA.

* EJUS DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

TRANSFUGA à transfugiendo, qui transfugit, & ad hostes defecit, ἀποστρέφω, ἀπυροδοσ. Sed neque is tantum hoc nomine censetur, verum etiam, qui per Induciarum tempus, ad eos, cum quibus nulla est amicitia, fide suspecta transfugit. Ita Paul. de Caps. l. Possilimum. §. Transfuga. Etiam qui captus cum potuit redire non rediit, pro transfuga habetur. L. desertorem. 3. π, qui captus. Dissert à desertore, quod desertor vocetur, qui belli tempore à signis abibit, l. 1. §. desertor. Item, qui per longum tempus vagatus reducitur. l. Desertorem 3. π, desertor. de re milit. Item qui excubias Palatii deserit. Dissert tamen Emanfor à desertore, quod Emanfor dicitur, qui aliquandiu erravit, & sponit redire, quomodo servus errans dissent à fugitivo. Qui vero stationem in bello reliquerit, plus quam Emanfor habetur, ac pro modo delicti punitur, dista. l. 3. π, qui stationis.

secit, per quas Tripolitanus comitatus à Christianorum jurisdictione separatus est, simulque Tyberiadis, & Galilææ principatus, qui Raymundo per uxorem acceptam parabat. Is tandem Tripoli morte subitanea defunctus est, & cadaver ejus circumiectum reperit: Saracenus enim fuerat effectus. Saladinus itaque & Guidonis ambitione, & Raymundi perfidia Hierosolymas cum vicinis urbibus recepit, & Christianos Syria tandem expulit. Blondus lib. 6. Decal. 2.

ENRICUS Stratonius Anglus, consilio, & auctoritate polens, occupata à Dacis Anglia, & exulante Etheldredo rege, cum Edmundo Etheldredi F. contra Canutum Suenonis F. missus pro recuperando regno ad hostes defecit. Cum vero post singulare certamen inter reges commissum Edmundus in regni societatem Canutum admisisset, miserè Edrici infidiis perit. Quidam tradunt, filium Edrici, impulsore parente, regem corpus purgantem furtim adortum, ac ferro ventrem, & inguina interfecisse. Alii perhibent, ipsum Edricum ita domi suæ apertè in manu eujusdam imaginis mucronem, ut quoties vellet, accedente ad eam ferire, atque dedisse Edmundo cœnam, & dum ille contempleretur imaginem, eo mucrone fuisse percussum. Alii postremò, ut cæteros omittamus, morbo perisse. Pervavit tamen per animos hominum fama non incerta, Edricum istud edidisse scelus, ac statim post interfectum Edmundum, saluta se Canutum totius Angliæ regem, caputque interempti obtulisse: & id facinus Dacum destitutum, proditorum Edricum merito affectis supplicio. Alii contra scriptum reliquerunt, Canutum miro amore hominem esse profectum, ad summofque perduxisse honores, quod per eum tandem aliquando regnum integrum obtinisset. Polyd. lib. 7.

SIGISMUNDUS Imp. Pipo Florentino, magni nominis duce, cum decem millibus equitum in Forumjuli missis, Utinam in potestatem redegerat. In medio rerum gerendarum ardore, auro corruptus Pibus, exercitum in Pannonia præter omnium expectationem reduxit. Imperator Parthos imitatus, ut hi Crasso mortuo, sic ille Pipi violentis faucibus aurum liquefactum infudit, Auro satiati, quod stitit, ingentium. Sabel. lib. 5. de Peto. Aquil. lib. 3. Deo. 3.

FERDINANDI II. Aragoniæ, regnum Neapolitanum recuperare molientis, rebus Prosperi prius, post etiam Fabricii Columnæ transitio non parum commodavit: qui etiam nondum militiæ Sacramento, quo se regi Gallis Carolo IX. obstrinxerat liberati, statim ferè Neapoli recepta, ad Ferdinandi stipendia transierunt, hoc prætextu, quod stipendia ipsis non essent idoneis temporibus persoluta: quodque Virginius Ursinus, Pitillanumque hostes sui essent ab rege liberaliter accepti, suorum vero in regem meritum perexigua esset habitatio: quæ quidem causæ plerique beneficiorum ab rege acceptorum magnitudine inferiores sunt visa: sed forte illud quæ verius existimabit, id quo tanquam frano retineri debuerunt, calcari potius extitisse, quo ut fecis facerent, sint impulsivi: quippe quo majora erant præmia, quæ à rege Gallis in Neapolitano regno possidebant, tanto forsitan in eis, Gallorum res jam inclinari cernentibus, & conservandi cupiditas potentior extitit. Guicciard. lib. 2.

Joannes Jacobus Trilulius, cui Capuz cura à Ferdinando II. Aragonio commissâ fuerat, ad regem Galliarum Carolum IX. defecit. Quæ perfidia multis antè bellis partam gloriam sedidisse fuggillavit, præsertim cum nullam defectionis causam habere videretur. Jovius l. 2. & Guicciard. l. 1.

BENADUXERA fuit in Mauritania virtutis opinione, & potentia clarus, & opibus, & existimatione princeps. Is sub signis habebat supra mille, & quingentos equites, & pedum non mediocrem multitudinem, Fessilensis regis imperium detrectabat: ea de causa bellum cum illo gerebat. Cum vero magno prælio victus fuisset, ad Norrogam Lusitanie Regis Emmanuelis in urbe Azamoræ præfectum defecit, & Ferem fratrem suum in Lusitaniam cum multis muneribus ad Emmanuelem misit. Emmanuel illum perbenigne in fidem recepit, & muneribus affecit, & fratrem etiam beneficiis ornavit, hominemque promissis ornatum in Alricam dimisit. Benaduxera interim contra Fessilensem regem auxilio Lusitanorum rem præclarè gessit. Ceterum cum se in gratiam Fessilensis regis restitui vehementer exoptaret, clam per amicos suos id, quod cupiebat, assequutus est, ea lege, ut quos postea Christianos, ad ipsam regem dolo perduceret. Ergo cum specie excursionis 15. equites, & aliquot pedites Lusitanos

in suo exercitu haberet, Ferem fratrem ad proditionem societatem impellere voluit: Feres è contrà facinus diffudare: sed E quia in proposito obfirmatum videbat, evicit saltem, ut vexillum, & tabernaculum, quod fidei ergo ab Emmanuele acceperat, remitteret, & Christianos salvos redire permitteret. At cum fratres ad regem Fessia pervenirent: rex eos non admodum hospitaliter accepit: utriusque enim caput abscondi iussit. Illos enim, quod multum nobilitate, & opibus excelleret, & metueret, ne defectione ruffis sibi molestiam exhiberent, de medio tollendos esse statuit, & ad interim eam causam obtendit, quod Benaduxera Lusitanos cum vexillo, & tabernaculo abire permiserit, & quod Feres à fratre, ut id faceret, enixe contenderit. Ofor. lib. 12. rev. Emm.

P R E F E C T I .

Cum Syriæ, ac Mediæ reges inter se diffident, Euthydemus primò Bactrianam, quæ ei commissâ erat, atque omnem finitimam regionem ad defectionem perduxit. Postea Artaces Scytha, cum ex Dais quosdam haberet, Parthiam invavit, atque obtinuit. Strabo lib. 11.

FLAVIUS LUCANUS suæ gentis Prætor, ad Pœnum defensor bello Punico secundo, multo meliori sedere se in amicitiam venturum ratus, si id Romani ducis sanguine famisisset, pactus occultè cum Magone defectionem, cum in pacatum venire iussit, atque in infidiis federe, quo Flavus Gracchum, per speciem colloqui, velut plerofque Lucanorum ad Romanum imperium retracturus, quorum prætores secum veniunt essent, ad insidiarum locum cum paucis equitibus pertraxit. Ibi Gracchus ab hoste circumventus est. Sab. lib. 4. Ev. 5.

REGNARES GOTHUS, qui Tarenti præfecturam gerebat, à Totila Gothorum rege ad Narsetem, quo tempore imperii auspiciis adversus Gothos bellum gerebat, transitit. Cum autem postea Totilam obiisse mortem audivisset: eique Tejam in regno successisse: atque Burgundiones, ac Callos, juncto cum Teja federe, in Narsetem arma movere: mutato cum fortuna etiam animo, & fide, ad Paccurium, qui Hydrunt Narsetis nomine præsedebat, misit, qui nunciaret à se Gothorum expectari exercitum: & propterea perere, ut è suis militibus subsidio sibi aliqui mitteret. His Verbis Paccurius motus, cum equites quinquaginta ad Regnarum misisset, eos in custodia Regnarum posuit, atque Paccurio scripsit: Si recipere equites suos vellet, antè absides, quos ab eo acceperat, incolumes restitueret oportere. Quæ re indignatus vehementer Paccurius, cum Tarentum cum magna manu, ut rem ulcisceretur, profectus esset, Regnare equites, quos exoptat, occidit, nec multo post gratiam, quæ pro tanto scelere debebatur, ut æquum erat accepit. Tarento enim in certamen cum Paccurio egressus, prælio sulus est: & cum se effusa fuga Tarentum reciperet, à Tarentinis exclusus fuit. Fulg. lib. 9. c. 6.

T H E S A U R A R I I .

PACTYAS LYDUS à Cyro Persarum regem thesaurum (quem Cræso eriperat) custodiendum suscepit. Cyro autem Echbatana profecto, à Tabalo (quem Cyrus Sardis præfecerat) defecit. Tandem à Chiis vivus Tabalo traditus, & ad Cyrum perductus est. Herod. lib. 1.

HARPALUS compilatis Alexan. Magni thesauris in Græciam profugit, & illic tum alios, tum præsertim Athenienfium oratores ad sui defensionem muneribus adduxit.

L E G A T I .

Labiens Cæsari familiarissimus, qui ejus in Gallia Legatus fuerat, ac sub eo per totum bellum decertaverat fortissime, à bellis civilibus illo relicto transitit ad Pompejum. Ceterum huic remissis etiam pecuniis, & sarcinis, Cæsar. Plutarch. in Cæsare, Lucanus.

— duas fortis in armis Cæsaris Labiens erat, nunc transfuga vilis. L. MACIUS, & L. FANNIUS, legati à Mithridate ad Sertorium missi defecerunt ad Romanos. Contra Claudium Imperatorem Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, quem exercitus Imperatorem elegit, Annio Vicinio procurante, quod Romani de moribus Claudii desperarent. Sed cum die dicto in unum undique ad novum Imperatorem conveniretur, neque aquilæ ornari, neque convelli quoquo modo poterunt. Exercitus tanta, & tam inusitata miraculi fide motus, & conversus in poenitentiam, Imperatorem Scribonianum quinto statim die destitutum interfecit, seque Sacramento prioris militiæ

militia continuit, ut Orofus scribit. Licet quidam scribant militibus non parentibus Camillo, manu se propria transferberat. Hujus filium Fartium Scribonianum tradit Cornelius Tacitus in exilium missum, quasi finem Principis per Chaldeos ferretur, unà cum matre Junia. Sed exili non longa vita fuit, sive sit veneno extinctus, sive fortuita morte. Cuspin.

S U B D I T I.

Sichemita, duce Gaal Obed Fab. Abimelech Gedeonis spurio (qui eorum instinctu 70. fratres, excepto Jochem natu minimo, qui latuerat, interfecerat, & imperium occuparat) defecerunt, anno imperii illustri tertio. Verum Abimelech urbe per insidias capta, oppidanis interemit, & eos, qui in castellum adis Baalberith confugerant, admoto igni vivos exulit: ipse in oppugnatione turris Thebes urbis periit. Vide Tit. Tyrannorum.

Israelitarum decem tribus Roboam rege ad Hieroboam deficiunt. Vide Tit. Confiliis malis parere.

Cum adversus Cyrennos Apries rex Aegyptiorum exercitum misso magnum cladem accepisset, id ei imputantes Aegyptii rebellaverunt, opinati, se ab illo in apertam perniciem fuisse dimissos, ut his intermissione delectis, ipse ceteris Aegyptiis impertiret securus. Id ubi rescivit Apries, mittit ad eos verbera sedandos Amasim. Qui cum ad eos pervenisset, reprehendensque distuleret ne talia faceret: quidam Aegyptiorum ei à tergo itans galeam circumdat, caque circumdata inquit, se illam ei ob regnum imposuisse. Apries mittit ad Amasim Patabarben cum mandato, ut ad se vivum Amasim perduceret. Is ubi cō pervenit, Amasim ad se vocat. Amasim autem sedebat in equo ad suos cohortandos, iussit vicissim hunc ad se adducere Apriem. Et cum Patabarben eum rogaret, ut regem adiret: respondit, se jam dudum dare operam, ut id ageret: nec de se ipso Apriem esse questurum: se enim illi praestitum Amasim non adduceret, nullo verbo edito Apries ita percitus praecidi aures iussit, namque. Id intuentes ceteri Aegyptii, qui cum Aprie haecenus fenserant, virum inter eos probatissimum ita foede, indignaque affectum, ad Amasim omnes defecerunt. Pugna commissa, Apries ab Amasi superatus, & in Saim civitatem ductus, quamvis repugnante Amasi, ab Aegyptiis strangulatus est. Herod. lib. 2.

Sethon Vulcani Sacerdos, & Aegyptiorum rex, cum Aegyptios tanquam imbelles sperneret, & externo tantum milite uteretur, eis quin etiam agros, quos à Superioribus regibus dono acceperat, adimeret, ita in eum concitati sunt Aegyptii, ut cum paulo post Sennacherib Arabum, & Assyriorum rex contra Sethonem arma caperet, nullus Aegyptiorum Sethoni auxiliari voluerit. Herod. lib. 2.

Prolemæus Philometor Aegyptii rex Thebanis, quod ab ipso defecerant, bellum intulit: ac tertio à defectione anno in potestatem suam redactos, tam graviter multavit, ut qui ante Graciam ditissimas quasque civitates, Delphos etiam ipsos, penes quos erat facta deo pecunia, & Orchomenios opibus superabant, nullum pristinae fortunae vestigium retinerent. Paul. in Atticis.

Trajano Agarenos Arabes oppugnantem, Judæi qui Cyrenem incolebant, duce quodam Andrea, Romanorum, Graecorumque indiscriminatim ad ducenta, & viginti milia trucidarunt: quos partim ferris mediis disseverere, partim bestis objicere, partim inter se decernere coegerunt. Nec tanta caede contenti, praecingi castrorum intestinis, inungi sanguine, velati urci, vesci denique humana carne non exhorruere Perficiunt, atque atrox nefas in Aegypto, ac Cypro insula patratum est, duce quodam Artemione: ibique rursus circum ducenta, & quadraginta milia hominum obruncta sunt. Ob cuius facti atrocitatem, Judæus Cyprum poenis attingere prohibebatur, ac legibus. Si quidem vel tempestate, vel per errorem illuc delatus, statim supremo supplicio multabatur, ceu capite damnatus. Nam Trajanus misso cum exercitu Lucio Quieto, tum antecedentibus aliis ducibus Judæos, quod per unum universum ferè terrarum orbem tantum casu ediderant, profligavit, magnamque eorum multitudinem stravit. Cujus facinoris gratia (ut Eusebius lib. 2. Saeculi histor. scribit) L. Quietus praesides Judææ ab Imperatore factus est. Cuspin.

Odoacer Heralorum, & Italarum rex, triplici praedio à Theoderico Ostrogotho victus, maturato itinere Romam contendit, sperans, si Urbem tenuisset, facile totius Italiae

imperium servaturum. Verum cum ad urbem accessisset, clausis portis à Romanis exclusus est, Theoderico, ut iusto domino (jam pridem ipsam Zenonis Imperatoris voluntatem acceperat) se obtemperare velle dicentibus. Itaque ita incensus furibunda aedificia omnia, quae potuit, repente, aut hostiliter diruit, aut subdito igne combussit, ac Roma repulsa, quod fecundum erat perfugium, animum ad Ravennam saltem in tam adversa fortuna obtinendam applicuit.

Cum autem & hanc Libilla Magister militum, castris ante urbem positis, pro Theoderico sibi custodiam sumpsisset: praedio gravissimo facto cepit, ac Libilla intercepto, inde Ravennam inivit, in qua Theodorici oppugnationem diu fortiter sustinuit. Sigon. lib. 15. Imp. Italica.

Jadera Dalmaticae urbs, praeficit temporibus Romano florente Imperio satis florens, postea Pannoniae regibus serviens, satis celebris, commutato imperio Venetis parens, septies Venetae bonitatis immemor rebellavit. Egeat. lib. 9. cap. 6.

Cretenfes Venetorum coloni cum saepe aliis, tum atrocissimè à Venetis defecerat circa annum 1361. & quod nunquam antea, patricii ordinis viri M. Gradonicum duccem creaverunt. Permanerunt quidam in fide, & in suburbana fecerunt. Hi Calergi cuspidam pneumatici crudelitatem, insulae imperium Graecis tradere conantis necati. Calergus à Gradonico captus, & in urbem Candacem deductus, ex superiore parte Ducati in Veneti sanguinis ultionem praecipitatus, nudis ensibus exceptus est, atque in plures partes cadaver discerptum. Veneti classem eō mittunt. Terrestres copias dum forte exponunt, ad centum milites temere ad molas progressi, ab hoste infidiis excipiuntur, exceptae ad unum trucidantur omnes: his jacentibus virilia, & linguae abscondunt Graeci: illa denubis, has naves inferentes. Non tam caedes, quam ignominia illa Venetorum animos in hostes exasperavit. Unico praedio vici Cretenfes, Candacem urbem dediderunt. Dux noviter creatus, securi percussus est: auctores defectionis, & ipsi capitali supplicio ad unum affecti, multi fuga dilapsi. Sab. lib. 4. Dec. 2.

Cum Albertum Imper. Joannes ex fratre nepos interfecisset, & Clemens V. Pontifex in Gallia esset: omnes ferè Civitates Cisalpinæ Galliae, dominos sibi eos delegere, quos antea capitaneos habuerant. Capitaneos enim praefectos urbium vocant. Ut Verona Scaligeros, Mantua Pasterios, & Patavium Carrarienses. Estenfes, qui jam pridem dominatu Ferrariae potiebantur, tunc Mutinam in potestatem suam redegerunt. Platina.

Auximum urbs, Buccolini cuiusdam hominis popularis, & sacerdotum immitte, ac triste imperium non ferens consilio, & audacia, in maxima Italia pace ab Innocentio IX. Pontifice defecti, & venia desperata Turcam accipere auxilio destinaverat, nisi Laurentii Medicis Florentinis Reipub. Principis opera Pontifici reconciliati cives, Buccolini incolimus dimissus fuisset, qui paulo post Mediolanum à Ludovico Sforzia evocatus contra fidem datam supplicio affectus est. Brutus lib. 8. Flor. lib. 3.

Anno MDIV. Philippus Maximiliani I. Caesaris F. Belgarum Princeps, in Hispaniam navigavit, ut Isabelle socrus dotale regnum adiret. Receptus est ab Hispania Proceribus ita studiosè, ut Ferdinandum Aragonem regem soecrum defecerent: cui tanquam seni, & parum liberali, & genere Catalano, facile omnes florentem aetate, & splendore vice novum regem anteponebant: usque adeo ut Federicus Toletanus Alib regulus ferè omnium solus integra Sacramenti religione servaret. Quibus procerum studiis Philippus eō sese exulit, ut soecrum planè exutum ulteriore Hispania, inveniti quidam alacritate contemnere viderentur, manereteque sola inter eos imago necessitudinis, & amicitiae, non expressa quidem mutuis officiis, sed inanibus tantum epistolularum, & verborum titulis sustentata: tanta quidem utrinque suspicione, ut cum ad constituendas leges, quibus in regendis Provinciis uterentur, speciemque conjuncti animi populi praebendam necesse esset, ut in colloquio devenirent, delecto campetrali loco parum familiariter habitu, tanquam ad hostilem aciem promotis utrinque equis sint congressi. Non multo post tam men Ferdinandus Neapolim navigante Philippus ab interpetre novi caeli, cui Belgicae epulae minime congruebant, oborta febre correptus est. Ejus mortem luidus cometes portendit, qui per aliquot dies ad occidentum plagam arserat. Forcius 9. Hist. & in vita Hadriani VI.

Ludovicus I. Hungaricus rex, Nicolaum Garamad Palatinum honorem exereat. Rege mortuo, cum apud Elizabetham matrem, & filiam Mariam reginas, non minus posset: Procere ejus splendoris invidia à Maria deficiunt. Ludovici ex Andrea fratre nepotem Carolum Parvum Neapolitanorum regem evocant. Nicolaus Elizabethae suam per Blasium Forgath Carolum jam inauguratum, tanquam ad nuptiale festum filiae vocat, vulneratum, captumque in Visegradensi arce, obstruendo animae metu, necari curat, anno 1385. Regina eō successu clata, cum Nicolao, & Blasio nimum secutus sine pratoriana cohorte Syrmium proficiebantur. Joan. Croaciae praefectus Caroli mortem ulturus, reginas in itinere capis, Nicolaum, & Blasium obruncat. Elizabetha postea in Bozotham animum demerit. Mariae, quod culpa fereretur expens vita concessa, mox etiam libertas, in nuptiis ejus adventante Sigimundo Boemorum rege. Bonfinius lib. 1. Dec. 3.

Regnante Neapoli Manfredi, cum Gibellina factio, urbe Florentia ab adversariis pulsa, Manfredi, atque Senensium ope subnata, redire in patriam contendere: ingentibus copiis ad animum Arabum adversus Florentinum populorum urbe egressum arctiter dimicabat. Eo ipso tempore Gibellini, qui in castris Florentinis erant, facta ad hostes transiitione, auctis exulum viribus Florentinum populorum terga dare coegerunt. Florentinorum igitur, ac federatorum multa hominum milia desiderata fuerunt. Ad eō Gibellinorum peccatoribus odium in Guelfum nomen infederat, ut nulla honoris, aut patriae charitatis habitatio ratione, fove evertere, & gloriam hostibus tradere non crederent. Fulgof. lib. 8. cap. 5.

Loerensium pactum, de fœdificatione, cum quibusdam quondam habitis Loerensibus, quod fœdere prodito, quod cum Peloponnesibus inierant, ad Heraclidarum partes defecerunt. Vel ut quibusdam placet, quod Siculos eluserint, non praestita fide. Xenodorus. Refertur iidem fœdè verbis ab Eustathio in Bozotham Homeri. Eadsmus.

Erant quidam auxiliorum Amasis regis Aegyptii, nomine Phanes, genere Halicarnassensium, vir consilio praestans, & in re bellica strenuus, Hicenesio quid Amasi fuscensium, navigio profugus ex Aegypto, volens in colloquio venire Cambysis. Eum à Amasi, quod inter auxiliares non parvi momenti esset, quodque de rebus Aegypti non nihil compertissimum haberet, inquitur cum tritimi eunuchorum fidissimorum. Phanam igitur affectum in Lycia cepit: sed relit in Aegypto, ab illo prudentia superatus. Nam Phanes maclatis cultodibus, abiit in Persas: Cambysemque molientem adversus Aegyptum expeditionem, & quo pacto creantia aquis loca transmitteret ambigentem, adit. Herod. lib. 3.

Theffalis ex fortuna fidem pendere, Poetae scribunt: cum bello Peloponnesiaco fœderum, & deorum oblii, in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedaemonios, mutatis ordinibus, transfugerint. Quare Theffalis fides, velut vana, & fluxa, in proverbium venit. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

XERXES contra Graecos expeditionem parante, Anianes Dolopes, Milefii Perriabii, & Magnetis Barbaris adhaerere, cum adhuc praesidium in Tempe consisteret. Achaè deinde Phthiotæ, Locri, Theffali, & perique Boeotiorum, discedente praesidio Graecorum, ad Barbaros defecerunt. Qui isthmum tenebant, cum reliquis Graecis in officio devenissent, in comuni conventu decedere, Graecos diis deponentes, decimadosque quemcumque Perficas tenuissent partes, si victores evassissent. Diod. lib. 11.

In pugna navali, ad Artemisium contra Xerxem à Graecis commissa, solus Graecis, quicum rege erant, Antidorus Lemnius ad Graecos transfugit: quem Atheniensis ob eam rem tradidit soli in Salaminem donarunt. Herod. lib. 8.

Cum CC. Ledaeonum, duce Leonida, contra Xerxem ad Thermopylas pugnatuuri essent, Thebani, quorum dux erat Leonides, ut retenti, à partibus Graecorum dimicaverunt. Ac ubi res Perlarum superiores esse animadvertunt, manus ad Barbaros protulerunt, clamantes (quod verissimum erat) sese cum Medis sensibile, terraeque, & aquam regi inter primos dedisse: at vi coactos ad Thermopylas venisse, & à culpa cladis illatae abesse. Itaque servati sunt. Barbari, qui eos cepere, aliquot obruncta verunt: pluribus, iussu Xerxis, regias notas inulserunt, à duce Leonide exorti: Cujus filium Euty-machum postea Platæenses quadingentorum Thebanorum

ducem, quod urbem ipsorum occupasset, interetere. Herod. lib. 7.

Scyllas ex classe Xerxis transfugit ad Graecos. V. Tit. Urim. Cum Jones trecentis navibus contra sexcentas Perficas ante Miletum pugnatuuri essent: Samii ab Aëce, Sytolontis F. qui è Samo pulsus Darii partes sequebatur, clam persuasi, immunitate factorum, & urbis promissa, contra fidem sociis datam, sublatis velis ex mari excesserunt, cum L. navibus, Samumque abierunt: praeter decem naves, in quibus trierarchi permanserunt, nolentes dicto audientes esse suos duces. Quo ex facto commune Samiorum concilium eis donavit, ut ipsorum nomina à majoribus repetita, tanquam egegorum viorum, in lapide scriberentur: extatque is lapis adhuc in foro. Lesbii videntes Samios fugere, idem fecerunt cum LXX. navibus pauci admodum cum Chiorum centum navibus perflerit, & contra hostem fortiter dimicavit: victi tamen sunt hostium multitudine. Herod. lib. 6.

Aristocrates Arcadium rex, Messenius socios in acie deserit. Vide Tit. Perfidia erga socios poena.

METIUS SUFFETIUS Albanorum dux, quoniam pactum, atque conditum cum Tullio Hostilio populi Romani rege petidè ruperat, binis quadrigis vincitus, atque immaniter laceratus est: ut habes apud Livium lib. 1. Dec. 1. Plutarch. cap. 14. Paral. Alexarcbum 3. rerum Ital. Plin. cap. 4. de Viris illust. Gel. lib. 10. cap. 1. Volat. lib. 16. Antrop. Euseb. lib. 1. cap. 6. Dionysium lib. 3.

Romanis ad Cannas victis, ubi Campani ex his legatis, qui ad Varronem consulem officii praetextu Venusiam, quò ille cum paucis ex acie fugerat, missi fuerant, cognovere res Romanas, supra quam credi posset, accisas immemores veteris Romanorum in se meriti, Samnitum olim jugo de ipsorum cervicibus excussis, solum rem collapsam, ut fideles, & gratos socios decuit, non invenerunt, sed Vitii Subii filii, & civitati magis, quam Romanis sumesta persuasione decetum tulere, ut cum Hannibale fœdus iniretur. Annibalem victorem non solum sibi societate junxerunt, sed etiam incredibile honore acceperunt in urbem, sperantibus civibus, confecto bello fe inter Italos potentia, atque opibus longe primos fore, adeo que turpiter se submiserunt Peno, ut quasi libertatis oblii, non socium in urbem, sed dominum accepisse viderentur.

Praeter alia, petenti Annibali sibi tradi Decium Magium Principem factionis adversae, non modò servili decreto est fenatus assensus: sed etiam passus est, ut spectante populo catis vincitus in castra duceretur, vir antiquae societatis inemor, reique publicae magis, quam barbaris gentibus affectus civis. Fuerunt, qui tradant, priusquam Campani aperte defecissent, eorum legatos Romæ in curia petiisse, ut alter consul Campanus fieret, si Romam à se juvari vellent: ad quem impudentem postulationem tanta sit indignatio orta, ut Campani curia summoti ante noctem iusti sint Romanis finibus excedere. Sed hi non contenti fidem prodidisse, Romanorum plerisque, qui tum forte Capuae erant, in balneis eulodiae specie clausos, fervore, & astu interclusa anima, crudeliter necarunt. Sabel. lib. 3. Ann. 5.

Victis ad Cannas Rom. multi Italia Pop. Rom. in perpetuum concidisse rati, ut levata sunt hominum studia, & in meliorem fortunam propensiora, ad Penam defecere. Fuere hi Attellani, Calatini, Samnites ferè omnes, Surrentini, Lucani, Brutii, & omnis magna Graeciae ora, Crotoniatae, Metafontini, Locri, Apulorum pars non parva, Hirpini, & Cisalpini omnes Galli. Neque tamen frequens hæc sociorum defectio Rom. movit. Sabel. lib. 1. Ann. 5.

Multa Siculorum urbes Romano praesidio, aut pulso, aut oppresso, ad Penos defecerant. Quam Siculorum ad hostes defectionem veriti, qui Annam praesidio obtinebant, quorum L. Pinarius erat praefectus, cum cernerent Annenses ad defectionem spectare, eosque frustra precibus, & benevolentia in officio continere studuissent, convocatis in concionem, Pinarius milites immisit. Ibi alii super alios Annenses casti, ii, qui dilapsi sunt, passim sunt per urbem obruncti. Ea Annensium clades uno propè die totam Siciliam pervasit. Sedet enim id oppidum in medio ferè tractu insulae. Quæ res effecit, ut si qui dubitarent, tum demum ad Penos defecerint. Sab. lib. 3. Ann. 5.

Hieron. Syracusanorum tyrannus, 15. annorum puer ab Hierone avo relictus, Andronodori impulsu (erat is Hieronis gener, & puero tutor cum plerisque aliis relictus) à Romanis brevi alienatus est. Obstitit aliquandiu Thrafo tutorum unus, qui falso, Theodori cuiusdam indicio, sublato pupillo capitales tenderet insidias, interfecit est. Eo sublato puer

puer